



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

IV. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Reginaldo Polo S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

planè, quæcunque dixerim de te, omnia fuisse amoris: sed amor à vero & integro iudicio profectus fuerit. Non enim qui te amaui, talem te esse existimaui: sed quia talis mihi es cognitus, ideo amor ille à me susceptus fuit. Atque vti nam mihi tam facile mihi esset omnia explicare verbis, quæ ego de te dicitio, quam facile est ea quæ dixerim, præstare. Verum hæc habitus: non enim postulat mutua nostra benevolentia huius generis longam orationem. Illud mihi iucundissimum ex tuis litteris accidit, quod cognoui tibi esse perspectum, te à me amari quidem facere mihi necesse est, aut omnis penitus abiectionem est humanitas. Quod enim tantum in amando esse potest amicum, ut non id virtus atque amabilitas tua longè superet: tum quidem animum aduersus me, & beneuolam plenam fideli & constantia voluntatem, ita contingant mihi ea quæ volo, ut omnia rerum habeo carissimam. Quare nil restat, nisi ut paribus videri officiis amicitiam excolamus, quod ego & de me, & de te assequi polliceri possum. De iniuria quam à me videri vis Theologie facillime factam, satis me tibi esse purgatum arbitrabar. Verum qui quæ in ista denuò, & vrge, dabo operam, ut tuum ad arbitrium per me illi satisfiat. Tu modò, quod bonorum est & prudentium iudicium, ita tabellam suspendito, ut in re non liquida nullum innocentia præiudicium afferatur. A Thoma tuo accepti litterarum homine tua familiaritate dignissimo, & eis studis in quibus quotidie versatur. Ei tu multam meis verbis salutem: itemque reteris, quos nobis amicos esse seis. Paulus febri laborauit plurimos hos iam dies: ei tamen melius esse incipit. Itaque spero de illius salute sumus. Is si valuisset, non defuisset officio scribendi ad te, tui certe memoriam (ut debet) summa cum benevolentiaque conferuat. Vale mi Pole. Carpent. Prædie. Id. Iulij M. D. XXXIII.

## IV.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Reginaldo Polo S. P. D.

ACCIPIT tuas plenas officij & humanitatis litteras, omnemque in illis probi ac præstantis ingenij tui, & pristini erga me amoris imaginem penitus recognoui. Quorum utrumque quantum faciam, nihil attinet nunc me scribere. Vtroque quidem certè ita delector, ut nihil mihi accidere possit optatius, quam me abs te tali viro diligi. Sed quæ à te de prætermissione officij scripta sunt, quodque in eo videris vereri, ne aliqua abs te culpa suscepta fuerit, amabo te mi Pole, sint ea ex mutua nostra benevolentia penitus sublata. Non enim recipit amicitia notæ

affectiones huiusmodi: nec tu peccare prætermittendo officio potest, ac ego animum tuum aliter atque est interpretari. Quem cum officiosissimum & amantissimum mei esse cognoscam, non ex eventus tua mihi voluntas, sed ipsa per se & sua sponte spectata est. Eandem desideravi non nunquam tuas literas: neque id mehercule invidia: quid enim est illis quod me delectet magis? Verum ita desideravi, ut ego illa me voluptate carere molestè fererem: non ut te officio aut amicitia deesse arbitrarer. Cui tamen me aliquando intermissa voluptati sentio nunc a te cumulata satisfactum esse. Caue enim putes, quicquam mihi accidere potuisse tuis literis dulcius. Quæ cum tota undique, tum illa me ex parte præcipue delectarunt, qua tu Socraticè nimirum & urbanè excusationem tibi non scribendi ab orationis inopia & exilitate repereras: qui rotus elegantis ironiæ locus, & vultum mihi & animam suavissima hilaritate aspersit. Obsecro istòsne tu rivulos squallentes & aridos, aut tenui aquula interdum fluentes vocas? qui multi ita currere visi sunt abundanter & largiter, ut appareat, non tenui, sed vberimum & eundem perennè fontem illa fundere. Quanquam hoc quidem de te mihi iam dudum persuasum habuisse, quæ concupivisses, omnia effecturum esse. Notum mihi erat ingenium tuum, nota virtus. Ardor autem ille, qui animis præstantibus ad appetendas res magnas comes adesse solet, nihil mihi non dete vel maximè pollicebatur. Speravi itaque fore, nec sum deceptus, ut tu ad istam ipsam, in qua nunc insistis, doctrinæ & eloquentiæ coniunctam laudem peruenires. Quapropter & gaudeo pro amicitia, & tibi gratulor. Illud aliquantum egre fero, quod videre quæsi videor, hæc a te ipso ornamenta contemni: quæ meo quidem iudicio tanta sunt, ut sine his constare ne illa quidè rectè queat, quæ tu omnibus anteferenda iure optimo putas. Quo de genere quoniam bis iam a te sum lacesitus, tempus non alienum videatur meam tibi sententiam brevitè exponendi. Sacrarum rerum studium, & disciplinam tibi placet rebus ceteris anteponi. Quod ego quoque tecum vna confiteor. Cur ergo in artibus reliquis, & maxime in philosophia, tempus conterimus? Quia nequimus ad fatigam sine fundamento, & sine parietibus pervenire. Quid ista quædam curanda nobis sunt, ut non in vno illo ipso, quod optatum est, omnia nostra studia ponamus? Ad quod dicendum est, esse boni patrisfamilias totius domus tutelam & procuratorem, non vnius duntaxat partis gerere: verum ita totius, ut potissimum quæque in ea diligentius curentur partes. Et quoniam de domo & de ædificatione mentionem fecimus: quis non videat, Theologiam, quatenus insipientiæ ratione & genere reponatur, sine philosophia stare ipsam per se, & se sustinere non posse: utranque vero minus aptè manus tueri suam, si à copia & facultate dicere

di delectatur? At enim mundana ista sunt, & celebritatem et laudibus quaerunt, vulgi que rumusclos & laudantium culas appetunt. Sunt enim nonnulli usque ad eod rudes, ut hoc quoque de diosis bonarum artium hominibus conentur obijcere. Quibus vero merces externa ingenios moueat animos, parum que in fructus voluptatis que sit, cum quis quid facit, ut id apte ac venuste, & sine labe vlla macula que efficiat. Nam laus quidem adueriticia res est, & in aliorum potestate sita: ad quam qui primis praecipue contendunt, ij non verè, neque ex animo bonis artibus, sed per simulationem daant operari. Omnis autem ingenij virtutis actio premium ipsa sibi in se continet, si ad perfectam speciem sui quaeque generis perducatur: ipsaque rerum generum pulchritudine contenti sumus. Quod si decor ab oratione remouendus sit, cur non idem etiam à moribus non ijs dico quibus inest virtus, quae ipsa quoque non alio fructu & emolumento, quam suo decore spectanda est: sed de eis loquor moribus, quae in gestu & omni motu corporis, ipsaque vocis atque vultus conformatione liberali, bene institutos homines ab aegritudine decernunt. An est quisquam qui reprehendere iure queat, epouferuus coram domino suo non modò fidelis atque frugi, verum etiam sine sorde, cultu honestiore corporis studeat apperere? Et iam ista ad summi boni adeptionem minus necessaria sunt. Non sint: adiuuant certe, hocque saepe efficiunt, ut multi ad illud expectandum procedant comitatio res. Et sanè videndum est, si cum eidamus amputemusque caetera, & tantum quod summe de necessarium relinquamus: ne dum diuini volumus planè fructus humanitatis partem nullam teneamus. Sic modò nobis hoc tantum, quod vti que esse debet, ut omnia, in nobis si qua meliora sunt, accepta Deo penitus referamus: ea que ad eiusdem vultus gloriam conferamus. Hoc animo qui fuerint, cum in ijs quae suscipiant actionibus, rebusque quas gerent, summam sibi dignitatem operis proponant, summamque pulchritudinem, inquam eam amore & studio incitati ferentur: tum non erit in his talibus pertimescendum, quod inani laudis cupiditate deducti, à summo bono deficiant. Itaque ego & liberalibus artibus, quoad in illis nos, quantum proficiamus, non penitet, & imprimis philosophiae operam dandam puto, sine qua (ut dixi) nec Theologia quidem constat. In qua quod scribis te ita tempus omne consistere, ut ad caeteras artes atque scientias nihil spatij tibi ne respiciendas quidem relinquatur, non satis planè intelligo quid dicas. Patieris autem me pro nostra familiaritate, & meae ac tuae naturae ingenuitate liberè agere tecum. Non intelligo, inquam, quid hoc tantum tuum sibi velit studium. Nam si ea tantum nobis percipienda sunt, quae ad eruditionem noscunt, & ad omnia

eadem de Dei elementa & benignitate erga nos pertinent: ea  
 sunt nobis, nec multis, nec obscuris, sed claris & illustribus lite-  
 ris in compendiosè tradita. Liber enim Euangeliorum omnem  
 vitam & rationem nostræ salutis continet. Si verò explicanda illa  
 viderentur, & enucleatius tractada: an te plus in eo tibi ab infi-  
 niti voluminibus istorum, qui ætati nostræ propinquiore, o-  
 mnia refererunt inconditis libris, & litigiosè scriptis, quàm à  
 Paulo, & lege veteri, & à prophetis opis latum iri existimas? Pau-  
 ci libri sunt, (nisi forte me fallit) in hoc à nobis genere perdiscē-  
 didos quos magna cum cura & attentione animi legere debea-  
 mus, si ad diuinarum rerum cognitionem cupimus aspirare qui  
 non modo spatium locumque dant lectitandis aliarum artium  
 ingeniarum autoribus: sed ab ijs ipsi liberalibus studijs non exi-  
 gua recipiunt suæ utilitatis & dignitatis adiumenta. Nisi forte  
 existimamus, summos illos viros, qui primi hæc Christiana lite-  
 ris illustrarunt, sine comitatu optimarum artium tantos pro-  
 gressus in diuinis facere potuisse. Quo in numero Basilium,  
 Chrysostomum, Augustinum, Hieronymum fuisse cognouimus.  
 Sed de his satis, vel fortasse nimis multa. Lazarum meum, cum  
 contumeliam factum esse, mortuor, nisi mihi pergratum est.  
 Quamquam enim corpore à vobis absum, animo tamen vobiscū  
 exerceo: & videar mihi interdum quæstioneulas vobiscum vnà, &  
 familiares sermones texere. Eum porrò ego ad philosophiæ stu-  
 dia animandum nunquam censui: quippe quorum ipse studio &  
 amore imprimis teneatur. De Theologia quidem tibi assentior,  
 nequam illum ad summum peruectum iri, nisi ad reliquas fa-  
 cultates & disciplinas, quas multas magnasque possidet, hanc  
 quoque primariæ artis, nobilissimæque scientiæ cognitionem  
 adiuerit. Cuius ego tibi in Hortensio attexam laudationem, v-  
 tique quoad patietur ratio operis, in quo ego nunc me assidue  
 vehementerque exerceo: speroque propediem copiam me vobis  
 futurum, qui meas ineptias irridere possitis. Io. Petri Carafæ  
 Theas episcopi, doctrinam, sanctitatem, virtutem, notam ha-  
 beo iam diu, eamque in oculis fero. Gasparum Contarenum a-  
 mo colloque, nec de facie mihi cognitum: sed de animi virtute, &  
 de eruditionis fama. Tu mihi gratissimum feceris, si vtri-  
 que salutem meis verbis plurimam dixeris. Contareno hoc am-  
 plius dictum mihi fuisse hoc anno, cum essem Massiliæ, librum  
 constructum ab eo, in quo de optimo ciuitatis statu grauius do-  
 ctèque disseratur: eum librum cupere vehementer me legere.  
 Quod Superantius, homo ingenio & nobilitate præstans, cum  
 discederemus Massilia, pollicitus fuit mihi se curaturum, vt ex-  
 ceptum ad me primo quoque tempore mitteretur: eum ego ob-  
 liti arbitror. Tu qui autoritate & gratia plurimum polles, si  
 M 5 effec-



Effeceris hoc mihi, vt quod sine onere aliquo tuo & sine incommodo fiat, cupiditati in hac re mos geratur meæ, magna mecum cunditate mediustidius affeceris. Quod vt contendas & emittas, magnopere à te peto. Vale. IX. Calend. Decemb. 1534.

V.

IACOB. SADOLET, EPISC. CARPENT.

Iacobo Simonetæ Episc. Pisauri S. P. D.

SEMPER cognoui singularem in te prudentiam. Amorem vultu erga me pluribus iam rebus etiam expertus sum. Sed crede mihi, posteriores literæ tuæ vtriusque rei certissimum testimonium mihi astulerunt. Nam & cū beneuolentia consilium, & in consilio beneuolentiam erga me tuam omnem ostendere. Itaque ego, homo nimis timidus, qui ea quæ scripseram, curaueram etiam vt viderentur isti ipsi quos contra videbantur esse scripta, vt eorum iniquissimi in miserorum fortunas imperus magis refringerentur, cum me non periculi mei cogitatio, sed officium & pietas imprimis mouerent. Vt primum literas tuas legi, statui esse nefas, non parentis sapientissimi atque amicissimi hominis auctoritati: verusque sed tui procerum, atque omne argumentum alia quadam ratione explicauit. Quod ipsum, librūque totū vnā inscripsi, atque mihi homini summa virtute ac omni dignitate ornatissimo Federico Protoposito Archiepiscopo Salerni, quocumque magis mihi vltus, & omnium officiorum summa necessitudo intercedit, qui nūc in Italiam proficiscens, Venetijs imprimendum curaturus est. Quod si mihi librorum copia fuisset, libenter tibi illū ante legendum misissem, vltusque essem tuo potissimum iudicio: cui plurimum profecto tribuo. Sed in summa inopia & difficultate eorum qui describerent, feci quod necesse fuit: statuique esse commodius ad plurimorum manus eū celeriter deuenire, quam ad vnus serō. Quamquam vnus tu mihi pro pluribus sis semper futurus. Sed ignosces festinationi huic meæ, multis enim de causis properavi vt ille liber quā primum in publicū exiret. Tu tamen sic eum legito vt si res in integro sit. Multa enim alia paro ac meditor, quibus accuratè pendendis atque examinandis opportuna semper mihi futura est doctrina & admonitio tua. Sed hæc hæc hactenus. De honore tuo quod ad me modestissimè atque humanissimè scribis, scito me hunc ipsum honorem quo præditus sum, multo grauiorē illi iudicaremque putare, posteaquē tu ad eundem es vocatus. Facit enim tua etiam virtus, & præstans in omni iustitiæ laude integritas, vt nullus honor tantus sit, quem tu dignitate personæ tuæ ornare amplius careque non possis. Sed hæc quoque, quæ longiorē desiderant rationē, in aliud tempus reiicienda sunt. Tu valebis, & nos diliges.